



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Cap. III. De Congregatione Procuratorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

Et Vice-Provinciarum.

# C. 13. D. 6.

7. Quo jure supplendi legitimum cœterum Provinciale gaudet Vice-Provincia omnes, ad eligendum Procuratorem; qui jure suo admitti debet ad Congregationem Generalem, & ad alia jus habere præterquam ad electionem Generalis, & Assistentium.

### C A P U T III.

#### De Congregatione Procuratorum.

Quomodo instituta.



1. Congregatio Procuratorum instituta est à Congregatione Generali. Cùm enim non esset probatum, certum ullum tempus Conventui Generali cogendo præstitui (quod priùs eadem Actione placuerat) decreverunt Patres; ut, quandoquidem Constitutiones volunt ex singulis Europæ Provinciis, tertio quoque anno, saltem unum mitti, ad faciendum certiore multum de rebus Prepositum Generalem; hi missi, qui Procuratores dicuntur, Professi quatuor Votorum, & Viri maxime idonei à Congregatione Provinciali electi simul venientes, haberent jus suffragii, unà cum Assistentibus, & ipso P. Generali, ad decernendum, an cogi debeat Congregatio Generalis, nec ne?

aP. 8. c. 2. B. &  
C. 2. D. 19. &  
67.

2. Quo-

2. Quoniam ex Decreto Innocentii X. quolibet novennio cogenda erat Congregatio Generalis; censuit Congregatio octava, id non fore impedimento, quominus Congregationes Provinciales etiam cogantur quolibet triennio, ad eligendos Procuratores, à quibus exinde celebretur Congregatio Procuratorum; nisi Deputati eligendi sint ituri cum Provinciali ad Congregationem Generalem, transacto novennio cogendam. *b* At Congregatio undecima maluit, ut pro ea vice, usque ad proximam Congregationem Generalem, vigente Innocentiana Constitutione, una tantum, intermedio tempore, atque adeò post quatuor annos cum dimidio, Congregatio Procuratorum haberetur. *c*

3. Hujusmodi Procuratoribus concessum est, ne Literæ ad illos missæ, & quæ responsa ad easdem ipsi dederint, aut aperiantur, aut retineantur à Superioribus Generali inferioribus. *d*

4. Ceterum hæc Congregatio jus tantum habet decernendi, ad plura medietate suffragia, an cogenda, vel non cogenda sit Congregatio Generalis, quæcunque demum fuerit sententia Congregationum Provincialium, non obstante §. 1. Decr. 26. Con. 6. Præsides in hac Congregatione

Nn 4

Præ-

*Tempus ejus an mutandum.**b C. 8. D. 10.**c C. 11. D. 35.**Procuratorum Privilegium.**d D. 11. D. 27.**Auctoritas Congregationis, & Præsides.*

e C. 7. D. 10. Præpositus Generalis, & in ea duo habet  
& Form. §. 8. suffragia. e

## C A P U T I V.

### De Congregatione ad eligendum Vicarium.

Quando con-  
vocanda.

I.



Ripliciter potest contingere, ut hæc Congregatio cogenda sit. 1. Post Generalis mortem, si nullus per eum fuerit nomi-

a P. 8. c. 4. A.  
b C. 9. D. 14.  
c P. 8. c. 4. A.  
& P. 9. c. 4. §.  
6. & c. 5. §. 6. &  
C. 8. D. 28. 29.

natus Vicarius. a 2. Si Vicarius in prædi-  
cto casu electus decedat. b 3. Si ægritudo  
in rebus magni momenti Generalem ab  
officio suo avocet, spe emendationis ea in  
parte sublata; nec ipse sibi Vicarium sub-  
stituere, aut possit, aut velit. c

Quo Preside.

2. Jus convocandi hanc Congregatio-  
nem, eidemque præsidendi est penes Pro-  
vincialem. At eo absente, Præpositus Do-  
mus Professæ, & Romæ Vice-Præposi-  
tus, modò sit quatuor Votorum Profes-  
sus, eodem jure gaudebunt. Quod si nulli  
tales adsint, antiquissimus Professorum ex  
præsentibus id præstat. d

d P. 8. c. 4. A.  
& Form. §. 2.

Et loco.

3. Congregatio autem, quæ post mor-  
tem Generalis cogitur, Romæ celebranda  
est, quocunque tandem loco, intra Ro-  
ma-